Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8266
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

a circumcisione sua recedere: et illorum insa
niam sequi. Ne quis ergo stellarum
culpet discursum q̃ suum posuit:

Audiens autem herodes rex hæc
est. et omis hierosolima cum eo:
Existimans illum suum regem
fore timuit: qm de successione regni tur
batus est: Sp enim grandis potestas:
maiori timori subiecta est. Sic tamq̃
arbor in excelso positam. etiam si lenis
aura flauerit. movet: sic et sublimes ho
mines. in culmine dignitatis consistentes.
etiam levis nullaq̃ fama conturbat: Hu
miles autem: sicut in convalle plerique in
tranquillitate consistunt: Aut ideo tur
batur audiens regem natum iudeis ex genere
iudeorum. cum esset ipse gnte vonnenus. ne p
regno revolvo iterum ad iudeos: et ipse
a iudeis expelleretur: et suum eum post
ipm videret a regno: Puto quia non tam
herodes a semetipso turbabatur quam
dyabolus in herode: Herodes timebat
quod suspicabatur: dyabolus autem
timebat. quod vere sciebat: Hero
des homiem estimabat. dyabolus cognos
cebat: Audierat enim iam angelos in
aere. clamantes: Gloria in excelsis
deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis: Ideo quanto magis testes adhibe
tur p xpo: tanto magis destructione
timebat sue dyabolus turbabatur:
Invisibilis ergo eorum zelo timeo tur
babatur: et secum suam naturam: sui
regni successorem timebat: Herodes
terrenum: dyabolus autem celestem: Nam
nec herodes timeret: si celestem nasci
regem suspicatus fuisset: nec dyabo
lus si timeret: Vis scire. quia non tantum
turbabantur ipsi. quantum dyabolus in eis:

Ecce et iudaicus populus turbabatur. qui
magis de auditu isto gaudere debebant
quia rex iudeus surgere dicebatur designatus
a deo: sed turbabantur quia de adventu illius
non poterant inimici gaudere: Aut certe
turbabantur. timentes ne forte iratus
iudaico regi genus vexaret: Nam quem admodum certantibus ventis. mare con
cutitur. sic regibus adversantibus sibi: po
pulus regni vexatur:

Convocavit autem principes sacerdo
tum et scribas: et interrogavit eos
ubi christus nasceret: Ex hoc ap
paret maxime quia dyabolus turbabatur
in herode: quem traditores legis interrogat:
Ut quid enim interrogaret herodes qui
non credebat scripturis: et instigabat dy
abolus. qui credebat. quia scripture non
mentiuntur: Nam dyabolus alios in erro
rem inducit: Ipse autem veritatem cognoscit:
Quid enim vis. credebat scripturis hero
des. aut non credebat: Si non credebat:
ut quid interrogabat scripturas. quas p
putabat esse vanilloquas: aut si credebat
quia vere inde nasciturus est rex. unde
scripture dicebant: quomodo sperabat
posse se interficere illum regem. quem scripture
fictum esse dicebant: Aliquis poterat
hoc corrigere. ut ne fiat quod deus ordina
vit ut fieret: Sed quid credebat he
rodes in malo. in bono autem non credebat:
Quem autem adhuc illum quidem inde nasci
turus fuerat rex. unde scripture dicebant
credebat: Quem autem adhuc illum agere
nihil poterat quem deus mittebat non
credebat: quia non suo consilio gubna
batur. et vinculo dyaboli trahebatur
ligatus: Sic sunt omnes homines peccatores.
in quibus dyabolus operatur: Et credit